230

Petrus Tomicki, Ioanni Choienski, archi:
diacono Cracoviensi secretario regio.

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Commendavimus per literas nostras maiestati regiæ negotium hominis istius, qui est à civi:bus suis Casimiriensibus publice ad maiestatem suam missus supplicatum de subsidio aliquo ferendo calamitati suæ, quam ex igne superiori anno tam in ædificiis publicis, quam privatis ædibus susceperunt. Quod idem vobis quoque com:mendamus, et rogamus vos, ut opera et patro:cinio vestro illos apud maiestatem regiam ad:iuvetis pro officio et humanitate vestra. Cupi:mus vos bene valere. Datum Cracoviæ 1528.